



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 35. Pax inter Imperatorem, & Hungariæ Regem a summo Pontifice
conciliata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1457.

*Auct. Anonym. apud
Mayer lib. 16*

abduxit, ut in regnum Siciliae adversus Ferdinandum proficisceretur. Subjungit alius quidam Scriptor, quod idem Cardinalis per Gallias decimas ex beneficiis, prout eorum reditus olim aestimabantur, exigere voluerit, id vero Franciæ Rex nullatenus permiserit, sed nonnisi juxta normam illo tempore consuetam decimas colligi concesserit.

§. XXXV.

Pax inter Imperatorem, & Hungariæ Regem a Pontifice conciliata.

Æn. Sylv. epist. 282.

Idem epist. 229. & 239.

Interea continuato studio ubique exigebantur decimæ; cum vero Pontifex probe cognosceret, ad tuendum Hungariæ Regnum adversus Turcarum conatus summopere necessarium esse, ut pristina revocaretur concordia inter Fridericum Imperatorem, & Ladislaum Hungariæ atque Bohemiæ Regem, inter quos antiquæ contentiones recrudescere videbantur, hinc utrumque Principem ad mutuam concordiam hortabatur, persuasus, facili negotio Turcas debellari posse, si hi duo Principes animis & armis uniti contra Mahometem pugnarent; Quapropter Cardinalem quoque S. Angeli Apostolicum in Germania Legatum literis ad id speciatim datis monuit, ut in hoc negotio

negotio opera quoque Ludovici Bavari ^{Sæcul. XV.}
 uteretur, eundemque tanquam pacis hu- ^{A. C. 1457.}
 jus conciliatorem adhiberet; Mandavit
 insuper eidem Legato, ut Pontificis & A-
 postolicæ Sedis nomine sacris cæremo-
 niis augustiores redderet nuptias, quas
 idem Ladislaus Rex Pragæ celebratu-
 rus erat cum Magdalena Regis Franco-
 rum Filia; jam enim Rex splendidissi-
 mam Legationem in Gallias decreverat,
 a qua ejus sponsa in Bohemiam adduce-
 retur. Carolus etiam Franciæ Rex Le-
 gatos Ladislai summis, insolitisque ho-
 norum signis Turonii exceperat, Ladis-
 laus quoque Juvenis Princeps annos dun-
 taxat duodeviginti natus, inter omnes
 sui ævi totiusque Europæ Principes tam
 animi quam corporis dotibus longe præ-
 stantissimus Vienna discessit, & Pragam
 petiit, ut debitum pro nuptiis suis appa-
 ratum ibidem curaret; ast mortis invi-
 dia hæc nuptias interceptit.

§. XXXVI.

*Rex Hungariæ Pragam venit, con-
 nubium cum Magdalena Regis
 Galliæ Filia celebraturus.*

Jamjam Ladislaus solemnī pompa Bo- ^{Æneas Sylv.}
 hemiæ Metropolitim ingredi parabat, ^{Hist. Bohem.}
 dum eidem Rochifana, qui, etsi Apostoli- ^{c. 69.}
 cis